

DISSERTATIO INAUGURALIS
M E D I C A,

Exhibens Casum Practicum

De

ISCHURIA.

Quem

ABSQUE PRÆSIDIO
FAVENTE SUMMO NUMINE

Ex

AUTHORITATE & CONSENSU

Excellentissima ac Experientissima

FACULTATIS MEDICÆ,

In Electorali Brandenburgica, quæ est in Inclyta
Duisburgensi Universitate Clivorum

PRO LICENTIA

Summos in Medicina Honores, Privilegiaque
Doctoralia insignia consequendi

Publicæ Eruditorum ventilationi submittit

JOHANNES CASPARUS BLASSIUS, AUTHOR,
Helvetio-Lithopolitanus.

Die Augusti M. DCC.

In Auditorio majori horis consuetis.

DUISBURGI ad RHENUM,

Typis JOHANNIS SAS, Academiæ Typographi.

17
2



Viris Venerandis, Clarissimis, Doctissimis, Nobilissimis, Amplissimis, Excellentissimisque

DN. JOHANNI HENRICO
SUICERO, Theologo Summo,
ac Linguae Graecae in Athenaeo Tigurino Professore, Avunculo, ac olim Hospiti suo Parentis loco suspiciundo.

DN. JOHANNI HENRICO
LAVATERO, Med. Doctore,
Practico felicissimo ac famigeratissimo, Patre suo Summe devenerando.

DN. JOHANNI JACOBO
SCHEUCHZERO, Med. Doctore
experientissimo & exercitatissimo, Collegii Nat. Curios. Collegae, Hospiti ac studiorum suorum promotori praecipuo.

Dissertationem hanc suam inauguralem

In grati animi signum ac ulteriorem sui commendationem dicare & dedicare vult.

Devoto cum animo obstruictissimus

JOH. CASP. BLASS, Author.

Q. D. B. V.

Ad

LECTOREM VERITATIS
STUDIOSUM.

P R Æ F A T I O.



Ucitur quivis peculiari illectamento, ac sua cuique debentur propria; ita alius S. S. Scripturæ sedulò evolvit paginam, ac ad ejus Mysteria attendit; alius Justinianum in sinu fovet; alio Galenica arrident documenta, quæ & summopere mihi, ac hisce unicus & incumbui & insuper in cumbam. Incumbam, dum nullus in arte evadit edoctus.

Incubui quò hocce studio me ipsum & alios noscam, aliisque inserviendò eruditior evadam. Antequam autem quisquam artificis nomen obtinere justò potest, artis suæ specimen edere conatur, hucusque & egò progressus, meum in forma *Castus*, ab Excellentissimo atque Expertissimo D. BARBECK Professore Medicinæ Ordinario ac Promotore meo *observati ac commendati*, specimen reddere annitar. Ast confiteor impares ausus, tam opiparum enim nil aut invincibili artificio fabricatum, quod hodiernis illustrum Deorum Mensis (quibus *Nectar & Ambrosia* solùm) inferri mereatur, quorumque Aræ tam spatiosa fulgent lumine, ut excludant nihil, sanè juventutis meæ rationem habebunt, nullumque posse ludere dextrâ, ac non nisi ætate nos reddi sapientiores judicabunt; ab obstrepentium autem, tam nec sincerum quicquam ne inculpatum quin inverti ac dubia frangi soleat, turba. Tu a B. L. loces mihi vacivas aurium ædes, ac dexterè explices, oro. Tu DEUS T. O. M. à quo Πᾶσι δόσις ἀγαθῆ, ἢ πᾶν δῶρημα τέλειον, labia mea aperias, linguamque moderes, & os meum annunciat laudem tuam!

Theſis I.

I Schuria eſt urina obſtrationem facultis expulſivæ, ſuppreſſio, ita ut hujus ne quicquam exire queat, vel brevius, urina ſuppreſſio & retentio.

II.

Urinae retentio autem eſt *varia*, vel retinetur à renibus, vel uretheribus, vel veſica &c. & ratione harum partium, differt vel Ratione *Loci*, id eſt partis affectæ, & ratione *Materiae* id eſt cauſæ proximæ & immediatæ morbum producentis.

III.

Ratione *Loci* I. ſunt *Renes* II. *Uretheres* III. *Veſica* & IV. *Urethra*.

IV.

Ratione *materiae* peccantis & I. *Renes* obſtruentis. Prima eſt *M. Hlis* (quæ quidem multorum morborum eſt cauſa, id eſt plurimas particulas morborum heterogeneas compræhendens, ſed hic tantum de materia quæ quandam adhuc fluiditatem & conſiſtentiam non adedò compactam uti e. g. calculi habet) quatenus ſcatet particulis craſſis, acido-falinis & viſcido-terreſtribus, ad ſubſtantiam Renum devectis, illamque obſtruentibus ac urinae ſecretionem impediendis. (Qualis ab Excellentiffimo ac Experientiffimo Domino Profefſore BARBECK Med. Facultatis Decano, inter alios diſcurſus communicati caſus, & erit hic. Anno 1692. Menſe Maij Vir quidam robuſtus ac Plethoricus in horto ſuo laborans dolore ventris (quo antea aliquando vexatus fuerat) incepit affici, cum urinae ſuppreſſione omnimoda, cum inſigni dolore & ardore circa regionem collis veſicae, excrevit quidem unam alteramve guttam punctulum aliquod rubrum quaſi Sanguineum continens. Alvus quoque adſtrieta erat. Per Catheterem immiſſum nil urinae ſucciſit, quamvis eam ſugeret ipſius uxor, neque ullus tumor apparuit in hypogaſtro. Adhibitis a. Remediis incidentibus & attenuantibus diureticis, prima vice quarto aut quinto ab invaſione die ad unc. j. citius excrevit, & ita ſingulis diebus crescente excretionem, brevi ab hoc liberatus fuit morbo, ita ut excreverit, neque calculos, neque ſanguinem, neque pus.) II. eſt à *M. Hlis* particulis ſeroſis tenuioribus

bus & volatilibus per sudorem derivatis teste Heurnio in observ.
 suis ad Aph. Hyp. 82. l. IV., novimus enim sudorem urinosa esse
 profapia, atque iisdem particulis, sed paulò subtilioribus urinæ
 naturali, consistere. Si easdem habet particulas, necesse est su-
 dore copioso & aducto, imminui urinam, unde fit quod febribus
 ardentibus laborantes parum mingant, & tempore æstivo ubi in-
 sensibilis transpiratio liberalior evadit, urina minori, tempore
 hyberno, copia excernatur.

V.

Secundo obstruuntur *Renes* & impeditur urinæ secretio I. *Ab inflammatione* per stagnationem seu extravasationem sanguinis viscido-acrioris rodentis fibras unde plerumque febris insequitur. II. à *purulenta Materia* quæ vel inflammationem, vel *Calulum*, vel alios affectus insequitur. III. *Pituita crassa* de qua Thesi præcedente actum. IV. *Sabulo*. V. *Calculo*, VI. à *renibus corrosis* etiam oritur *Ischuria* dum latex urinosus in cavum fluit abdominis, & VII. à *Veneno* naturæ vitriolacæ assumpto impeditur urinæ transitus.

VI.

Tertio etiam latet proxima morbi in vesica causa & quidem I. si nimis extenditur, quæ nimis longam urinæ retentionem, quod passim à practicis probatur, fibræ mediæ tendineo-carnosæ ita extensione debilitantur, ut post modum per quoddam temporis spatium vires excernendi non habeant II. à *Calculo Vesicæ*, orificium ejus obturante, III. à *Materia quadam viscida* de qua in sequentibus, IV. *ab ulcere & inflammatione*, V. à *compressione* colli vesicæ, vel ab utero, vel intestino recto.

VII.

Afficitur & *Urethra* I. *Inflammatione* II. *Scirbo* III. *Ulcere* IV. *Calculo* V. *Verrucis* VI. *Carne fungosa*, *carunculis* & aliis excrementis. Hyp. aph. 82: l. 4. VII. *Ischuriam contractam* fuisse ab *inunctione Mercurii* probant *Ephemerides Nat. curios. A. I.* observat. 80.

VIII.

In hisce nunc traditis præcipuis differentiis acquiesco, & unicam ab: Excellentissimo ac Experientissimo Domino Barbeck
 A 3 Med.

Med. ac Botanices Professore ac Promotore meo in observatione traditam exponam, quæ est hæc. Anno 1699. Vir quidam Doctus, crassus, ac obesus, quinquaginta propemodum agens annos, antea sæpe parvos calculos seu arenulas cum urina excernens corripiebatur omnimoda urina suppressione, absque febre, absque dolore vesicae, hypochondrii aut pudendorum. Vocato Nobiliss. experientissimoque D. D. & Professore Barbeck die 17. Januarij id est undecimo morbi die, invenit quidem agrum in lecto decubentem, sed sæpe quoque surgentem & sedentem. Venter supra pubem in regione vesicae mollis erat, & pressus aliquantulum forius non dolebat, nullamque inde sentiebat molestiam eger licet & incurvaret Corpus. Initio morbi, dolore in sinistro lumbo, postea penetrante, usque ad dextrum, affectus fuit. Vomebat jam æquam fetentem urina instar, sicuti quoque anhelitus fetorem spirabat, Corpus cum facie tumebat plus quam antea, pulsus non erat frequens. Tandem ex adhibitis quibusdam remedijs postmodum recensendis die morbi duodecimo incepit media nocte excernere urinam copiosorem & rubicundiorem, sine dolore, ad unam alteramve libram; deinde paulo post major copia ejusdem conditionis, cum calculo granum circiter ponderante, insecuta est, & sic per vices aliquot Cantharos excrevit urina, quæ continuo à rubedine prima recedebat, atque sic à periculoso hoc affectu liberabatur. Aliquot diebus post excrevit urinam copiosorem, sed pallidiorum ac tandem ferè aquam. Postea incepit paullulum detumescere, aliquantulum immaciari de debilitate conquiri ac post modum sanitati restitutus fuit.

IX.

Hocce jam nostro proposito casu, meum erit dicere ex differtentiis quæ propriè pars affecta fuerit & fuerunt sanè *Renes* quod ex *Dia- & Prognosi* probabitur. Antequam autem hoc fiat *Etymon* ut attendamus oportet renem. *Renes* à fluendo dicti, quod per eos materia urinæ fluat, græcis νεφροί appellantur, quasi minigentes, à νεφρον. *Substantiam* habent *tubuloso-glandulosam*. *Membrana* ambiuntur duplici una arctissimè ab ipsis *Renum tubulis* orta, altera laxè, quæ hinc *Fascia renalis* dicitur, item *adiposa*, & ni-

& nihil est aliud quam Peritonci duplicatura. *Arterias* habent Emulgentes ex cavæ trunco. *Nervos* ex paris intercostalis plexu renali. *Lymphatica* vasa ex minimis renum glandulis orta. *Excretoria* tandem vasa quæ sunt ipsi canaliculi membranosi maximam renum compagem constituentes; exonerant hi serum urinofum in Papillas seu carunculas papillares, quæ in Pelvim hiant & ab hujus tubulis excipiuntur.

X.

Ut autem ad causam proximam hujus Morbi nos accingamus, sciendum, ægrum hunc jam aliquoties arenulas & calculos minores excrevisse, unde non adeo mirum in talem incidisse morbum. Fomite enim calculoso, in majorem molem concrefcen- te, majorem calculum, aut copiosiores arenulas tanquam primordia calculorum, in urina jam secreta aut secernenda fluctuantes, producit. Hujus autem materiam & efficientem passim à Medi- cis antiquis & recentioribus traditam, an scilicet sit spiritus; aut principium lapidifrum? an Paracelsi Tartarus? an Dulech Hel- montii? an Pituita Galeni, & ejus sectatorum? an calor nimius, an verò frigus ad ejus concretionem concurrat non est hujus loci vel instituti. Sed sufficit lunam vel alteram descriptionem ad- jecisse.

XI.

Calculus in genere est symptoma excernendi p. n. retenti, videlicet materia dura, magis vel minus concreta, compacta & condensata, genita ex portioibus excrementitiis salinis, nimium fixis & terre- stribus intervenientibus quandoque lentis & viscidis. M. Sa heteroge- nea, & portioibus activis sufficientibus destituta, compagem facile deferentibus, in diversis locis collectis & subsistentibus, beneficioque caloris successive concretis, coagulatis, & lapidum fictilium sive re- sparum instar induratis. Quam definitionem & probat Willif. de ferment. ubi hæc edidit verba quod spiritu & sulphure presenti- bus, & Aquæ, Terræ ac sali in proportionata quantitate comix- tis, nullæ prorsus congelationes & concretiones fiant sed salia in fluore continentur, aut spiritu & sulphure avolantibus simul rapia- tur & feri volatilioris portiuncula (ubi enim spiritus & sulphur avolare

avolare annituntur, oritur in corpore calor, & aliàs nexu cum reliquis Elementis non solverentur, calore autem hoc oritur sudor, qui est lymphæ quædam tenuis, statim ab aëre externo frigidiori magis vel minus in guttulas coacta) hisce tribus, non autem totaliter, ablatis, particulae crassiores in sanguine relinquuntur. M. aque Hlis crassior reddatur, qua crassitie, tandem salia evadant rigidiora, & cum terra unita concresecant in lapidem.

XII.

Sunt etiam qui dicunt calculum non constare sale fixo, sed salia fixa assumpta in corpore humano volatilifari, contra quos insurgimus hoc argumento, in omni concremento lapideo esse volatile & fixum, sed volatile à fixo quasi fixatum. Et probatur porro non omnia salia volatilifari ex in cineratione herbarum, ubi sulphuris spirituum, & aquæ maxima copia adustione in auras abit, quibus deflagratis, cineres remanent, qui liberaliori aquæ copia cocti, sal suum liquori committunt, qui liquor colatus & sufficienter exhalatus, aërique frigidiori expositus, sal suum contentum Tartari instar dimittit coagulatum. Crassamentum sanguinis in glandulosa Renum substantia non nunquam obstructionem efficere potest, aut in tubulis renalibus in exigua granula, aut arenulas obstructionem producentes concresecere, aut in Pelvi, aut in uretheribus, aut vesica, in calculum diversæ magnitudinis, figuræ, coloris, & consistentiæ coagulari & compingi potest. Memorabile exemplum legitur in Act. Hofm. Vol. III. obs. 70. Materiam calculi mucaginofam excretam statim ab aëre externo in calculum flavum riguisse.

XIII.

Quæstionem non nulli movent, imprimis illi, qui explicant calculi generationem, per spiritum lapidificum, an hoc vitium insit spiritui vitali? an Animali? Si illud probabilius foret intellegendum, nam si forent spiritus Animales (spiritus enim Animales jam sunt in cerebri substantia corticali secreti) non lapidificarent, sed potius nervos hujus vel illius partis, cerebri tubulos, initia nervorum, & Medullæ spinalis obstruendo efficerent vel Apoplexiam vel Carum vel Hæmiplagiam, vel Paraly-

fin. Notandum porrò, quod plurimi homines habeant impurum sanguinem, & etiam multi crassum, viscido-salsum & Acidum, non tamen hac afficiantur labe, debet enim adesse hæreditaria dispositio, & crasis huic Morbo adaptata sanguinis, vel etiam organi dispositio peculiaris. Alii explicant per modum præcipitationis, & concretionis Tartari, qui ita generatur, quando acidum vini corrodit fœcem, fœx vini se imprægnat copioso sale volatili, unde fit quod acor vini cum fœcem partibus solutis se coagulent, & sub ista coagulatione partes fœcem terrestres simul constringant & secum uniant. Alii rationem ponunt Calcis vivæ, & Terræ, id est arenarum in ædificiorum constructionibus, ubi harum duarum substantiarum, & Aquæ interventu, Calx viva solvatur, & agitatione probè comixta tria hæc, & in pulvem sat spissam redacta, pariesque ex hac formata, ita indurescat, ut postmodum in Aqua sit dissolubilis. Et Helmont. tract. de Lithiasi Cap. III. ait, spiritus urinæ non coagulat, nisi per conubium Aquæ vitæ.

XIV.

Posito nunc calculo ejusque materia, accedamus oportet ad causas præcæteratas, & remotiores, quæ ex classe rerum naturalium, n. n. ac p. n. desumendæ erunt. Inter res naturales I. censemus *Temperamenta*, quæ potissimum ad Morbum contribunt. Et horum I. *Melancholicum* quod vel nimia tristitia, meditatione, & metu spiritus quasi absument, & viscido-acriores, ac salino-crassiores reddit humores, qui facile salsedine & crassitudine sua vias obstruere nec non in arenulas concresecere possunt. Vel gaudio nimio, imprimis si Melancholici aliquando gaudio, potu, aliâve occasione conciliato immoderato occupati, postea magis ut solet in his usu evenire, contristantur, quia spiritus hac occasione præsentis & absumentur, ut eo facilius postea talis concretio perficiatur. Melancholici enim omnibus stagnationibus sunt obnoxii, in stagnatione autem adest crassus viscidus humor. Dein facilimè in affectionem hypochondriacam prolabantur, & scorbutum, in quibus affectibus in urina continentur arenule conspicuæ; inde adhuc dum argumentum calculus quod

B

Cal-

Calculus generetur à crassis salinis acrioribus humoribus. II. Temperamentum est *Sanguineum* cujus definitio est esse redundantiam M. S., hæc autem redundantia est vel naturalis vel præternaturalis, legitima vel spuria, & ita dividitur quia quidam insurgunt contra solum positam redundantiam, hocce argumento, quod à Caccochymia non differret. Novimus 1. Plethoricos præ aliis morbis esse subjectos, & quidem plerumque periculosis, quia si peccant qualitate humores in magna peccant copia, unde difficilior est curatio in his, quam in quibus non tanta copia sunt vitiiati, quemadmodum torrentes tempore hyberno in minori quantitate fluentes? fasciis adhibitis & etiam sine his nullam prorsus inferunt noxam, aut tempore vernali liquecente sensim nive, & æstivo à procellis magno imbri excusso, ita adaugentur torrentes, ut postmodum nulla arte nulla vi in limite suo contineri queant, sed extravasantur, & funesta hominibus inferunt damna, quod facile probare est & exemplo hujus fluvii Ruræ & Sylæ Tigrinorum. 2. Ubi tanta adest humorum copia, nunquam spiritus erunt sufficientes ad eam corrigendam. In assumptione enim rerum non naturalium æque ac alii peccant, unde humores varii generantur, nam qualis Cibus talis chylus, & consequenter qualis chylus talis sanguis, hic enim ab eo restauratur, fermentum eorum vitatur, cum plerumque sint ut infantes voraces, & ventriculus eorum ut plurimum pituita obsessus. Et tum quo plus alimenti assumunt eo majorem sibi contrahunt morbosam *Diatthesin* testante Hypocrate l. II. aph. 9. Ταὐτὰ μὴ καθ' ἑαυτῶν σωματίων, ὅπως αὖν θεέλης, μάλλον βλάψεις. In quibus autem res ita se habet necessum est crassamen & cruditates vel alias qualitates generari. Salia in hisce, nempe Plethoricis, etiam abundare apparet, quia aliquando urinæ colorem faciunt intensiorem, si verò remanent in corpore, nec cum urina transeunt, ea cruda est.

XV.

Res naturales excipiunt res n. n. seu necessaria, & tales dicuntur, quia ad vitam necessariò requiruntur, & sine quibus homo vivere nequit, n. n. autem quatenus ad sanitatem conservandam, & destru-

& destruendam sua contribuunt symbola. Horum primatum obtinet *Aer* & quidem hybernus Borealis frigidus, particulis Aquicis nivosis & glacialibus refertus, poros cutis obstruens, & constringens, ac insensibilem transpirationem quodammodò sufflaminans, qua sufflaminata humores in corpore colligantur, visciditates nascuntur, saliaque aciora & rigidiora redduntur. In quibus M. H. lis tali modo afficitur, illi variis insciantur morbis, quod fatè clarè constabit ex Thesi de signis r. n. n. postmodum recensendis.

XVI.

Post aerem considerandi veniunt Cibus & Potus. *Cibus* autem sumitur vel latè, vel strictè. *Latè* pro omni alimento quod per os assumitur. *Strictè* pro solidioribus alimentis, & ita contra distinguitur Potui, quæ acceptio est communissima, & ita nos accipimus, quare r. de Cibus, qui peccare norunt & quantitate & qualitate. *Quantitate* assumitur vel imminuta vel adaucta, in quam nunc assumatur, noxa corpori inferitur teste Hypocr. l. II. aph. 4. Οὐ πλησμονή. ε' λιμός, ε'δ' αἴτιο ε'δὲν ἀγαθόν ε', π' αὐτὸν μάλλον τ' φύσιος ἤ. Et eleganter hoc idem dixit Phocylides ubi ait

Μέτρω μὲ φαγεῖν ἢ πινεῖν, ἢ μοθολογεῖν
 Πάντων μέτρον ἄριστον ὑπερβασιὴ δὲ ἀλεεινή.

Quantitas enim ad aucta ventriculorum onerando & aggravando ciborum digestionem impedit, unde variæ cruditates, & humorum viscositates inde ortum trahunt, ac varia in Corpore humano luduntur tragemata. De imminuta & non sufficienti, quivis sufficiens erit Testis quam ingrata sit fames. *Qualitate* assumuntur Cibi, crassi, duri, crudi, dyspepti &c. quales omnes annumerando profusius nostro agerem instituto, unicam ergò afferam ut e. g. carnes salitæ, & fumo induratæ, pisces saliti &c. *Potus* qualitate vitiosus esse potest, ut e. g. Mustum nondum fermentatum, particulis terrestribus, Acido-salinis imprægnatum, vel vinum jam dum fermentatum, sed recens nec defæcatum, assecens particulis Tartareis enumeratis, vel vinum sub Austero-Acidum. Cerevisia crassa non bene fermentata ac defæcata, vel acerba & Austera. Post Cibus & Potum occurrunt *Somnitus* &

Vigilia. Si horum alterutrum modo excedat, statim juxta senem nostrum Colum aph. suorum 3. sect. 11. Malum dicendum.

XVII.

Motus & Quies suum quoque tribuunt, si prior mediocritatis limites transgreditur, tum spiritus absumentur, & multis morbis janua patet testante Hyp. aph. 5. l. 11. Sin autem non transgrediantur, homo eo melius præservatur à hoc & alijs Morbis, sed dandum aliquid est naturæ, rustici qui à nativitate ad labores sustinendos sunt assuefacti, nunquam vel saltem rarè tali afficiuntur morbo, etsi perpetuè quasi gaudeant motu, consentiente Hyp. aph. 49. l. 11. motu hoc spiritus exaltantur debite, particulæ crassæ, salino-terrestres funduntur & in debito fluore continentur, ut concreescere non possint, dein non utuntur cibis tali morbo contribuentibus, & cutis eorum est uti omnibus notum, admodum crassa, pori cutis non adèdè patentés, unde non tam facile sudant nec spiritibus avolandi præbetur via. Sed si delicatuli, qui cutim adèdè habent raram, hunc sustinerè laborem cogenerent, sanè multis dediti essent morbis, quia spiritus per talem cutim maximè avolare sunt apti, humoresque ita redderentur crassiores. E contra vita sedentaria seu *Quies* quoque fecunda mali mater existit, si est nimia, quia humoribus inducit lentorem, & crassamenta, spirituum motum impediendo, & transpirationem insensibilem minuendo, producit, dum salia sufficienter non atteruntur, nec poliuntur. Quiete autem moderata spiritus absumpti restaurantur & ad sanitatem maximè confert. Conferunt quoque *Excreta & Retenta*, quando p. n. detinentur excernenda, aut excernuntur retinenda, ut alvi fluxus, hæmorrhagia narium & uteri, Menses, obstructio alvi, sudor, urina, seminis excretio &c. in his enim si peccatur, variè humores corrumpuntur, qui huic nostro morbo ansam præbere possunt, ut non nulli imprimis seniores, si Veneri nimium sunt dediti, propter excretionem seminis nimiam, humores aciores redduntur, saliaque non ita temperantur, unde plerumque calculosi evadunt, quod sic præsertim, quando juvenulam in Matrimonium ducunt, tum hoc potissimum vexantur Morbo.

XVIII. Tan-

XVIII.

Tandem summam r. n. imponunt manum Animi Pathemata, & sunt Mœror, tristitia, ira, gaudium immoderatum, terror, &c. *Mœror & tristitia* spiritus figendo & in motu retardando, humores reddunt crassiores, & acerbiores, *Gaudium* quid præstet vid. Thef. XIV. *Ira* nimia, spiritus nimium exsuscitando, motumquæ inordinatum tribuendo, humorum nexum quasi solvit, & eos immaturos excernit, unde pro diversitate temperamenti, variæ humorum corruptiones fiunt, crassamenta generantur, materiam calculo præbentia, unde sæpe Magnates aliive ex frequenti improvida ira malè mulctantur. *Terror*, quoniam non tam simplex, quam compositum est Pathema ex ira & tristitia, sic qualia vitia ex eo imprimis immoderato in humano producantur Corpore, repeti potest ex præcedentibus, ubi de tristitiæ & iræ vitiiis egimus.

XIX.

Quo ad causæ Morbificæ antecedentis signa. Primum erit *Ætas* omnis ut cuiusvis notum erit hoc tentari potest morbo, ergò nulli soli tribuendum. Afficiuntur & Pueri sed rarius teste forest lib. XX. obs. 23. puerum decem annorum calculo vesicæ laborasse, & Hyp. l. III. aph. 25. agit de morbo dentientium, & insequenti ait aph. Πρεσβυτέροισι δε γενομένοισι περίδωμια, σφονδύλις τῷ Κατὰ τὸν λίθον εἶσω ὄζιες, ἄσθματα, λιθιάσιες, ἔλμινθες προγυῖλαι, ἄσκα- εἶδες, ἀπεροχερόνες, στυγριασμοί, τραγγυρίαι, χοιράδες, ἢ τῶν ἄλλων φύματα, μάλιστα δὲ τὰ προσηρημένα. Alii autem aliis potius hoc laborant Morbo & minùs curantur, uti senes, ubi humores sunt quasi decrepiti vel vapescere inchoant, & fibræ nerveæ meatuum sunt rigidiores ut non tam facilè vasa, ad calculi excretionem, dilatentur Hyp. l. VI. aph. 6. Τὰ νεφρικήα ἢ οὐροσὶ κατὰ τὴν κύστιν ἀλγίματα, ἐργωδῶς ὑγιάζει ἢ ποτὶς πρεσβύτης. Sed Notandum quod & *Hæreditas* uti in Podagricis multum conferat, vidit infantem à prima nativitate laborantem calculo, ac subinde minores cum urina arenulas & calculos, summo cum dolore excernentem, vitamque ultrò Menses duos non protrahentem sed summæ cum dolore & clamore ad plures abientem. II. *Sexus* tam

fœmininus, quam Masculinus, hujus est Morbi subjectum; aff-
 hic gravioribus illo urgetur symptomatibus, præsertim si accidat
 à Calculo Collum Vesiçæ obstruente, quandoquidem in fœminis
 via urinaria laxior & brevior est, idè etiam Calculus licet ma-
 jor, leviori negotio excernitur. III. *Regio*, etiam adhuc uti e-
 g. ad alios multum conferre potest morbos, multæ etenim sunt
 quæ suum habent Endemium Morbum; ut *Holandia* scorbutum,
 Malum hypochondriacum, febres intermittentes, *Italia* febres
 ardentes, *Anglia* Rachitidem, sudorem Anglicanum, *Locus Hel-*
vetia scrophulas pro suo agnoscit Endemio morbo. *Anni Tem-*
pus, si quod erit, erit certè Hyemale, teste etiam nostro casu,
 nec non Hyp. ipso aph. 23. l. III. Τῶ δὲ χειμῶνος περιπεριπιδες,
 περιπνευμονίαι, λήθαργοι, κόρυζαι, βράγχοι, βήχες, πνοιὲς ἐπιβίω-
 ῆς, πλεορέων, ἢ ὀσφύος, κεφαλαλγίαι, ἰλιγίαι, ἀποπληξίαι. Pro-
 culdubio per dolorem lumborum intelligit omnem, à quacun-
 que, causa oriunda, inductum dolorem circa renes.

XX.

Perpensis hisce progrediemur ad signa *Dia-&-Prognostica*. Si-
 gna Diagnostica ex casu desumpta erunt hæc I. *Dolor sinistri lum-*
bi, qui arguit quandam materiam dolorem inferentem, parti, fi-
 brillas irritando, inhærere, quæ sanè fuit Calculus & materia
 calculosa, vel poros & fibrillas renum, nec non inirium Ure-
 theris obturando, urinam à sanguine non secerni aut stagnare fe-
 cit. II. *Dolor vergens in alterum lumbum*, indicat uno rene af-
 fecto, affici & alterum; eundem enim forciuntur Nervum, &
 per symphathiam tum ægrotat & alter, quod experientia sat com-
 probat, teste Forest. de Ischuria. III. *Vomitio* ita oriebatur. In
 hoc ægro aut canaliculi renales quod credibilius, aut Pelvis, a
 Ureteres fuerunt obstructi, sic urina excretioni jam modo de-
 stinata, regrediendo in sanguinem, quocunque modò ut naturæ
 molesta exitum moliebatur, & sic potissimum per glandulas quæ
 & Aquam aliquam secernunt, hinc & tunica stomachalis glandu-
 laris excrevit cum fermento urinalem materiam, quod idem de
 Pancreate præcipuè & de glandulis œsophagi & faucium asserere
 ausus essem. Materia urinialis secreta acris urinosa profapiz, fi-
 bras

bras stomachales fortiter rodendo, effecit motum stomachalem inversum, & per consequens vomitum. *Fætor* illius proveniebat à nexu particularum soluto, ob motum imminutum, & quasi stagnantem urinam. IV. Intumescencia faciei cum toto corpore oriebatur ab humore superfluo, cum vasa humorem continentia præter naturam vel distendebantur, vel rumpebantur, vel transudatio, vel orificiorum nimia apertio fiebat, quocunque autem modo fuerit orta, non curo, sufficit saltem adfuisse serum urinosum, præter naturam retentum in corpore, extra vasa existens spongiosæ carnis sese insinuans substantiæ, unde talis intumescencia.

XXI.

Dolor vesicæ & Pudendorum nullus, argumentum præbet, morbum non latuisse in vesica, sed in renibus. I. Vesica enim tandiu urinam excipiens, miror quantum in modum distenderetur, ut à ruptura vix integra maneret. II. Si latuisset in vesica Morbus, à tali distensa vesica, distensa fuisset & ima pars imi ventris circa Pubem, doloremque sensuisset hoc in loco & circo regionem colli vesicæ gravativum, vesicæque pressâ, & corpore incurvato, dolor fuisset aductus, quæ autem nostro in casu non animadvertita fuerunt.

XXII.

Absentia Febris argumenti loco sistimus, renes non fuisse inflammatos, difficilimè enim à tali materia calculosa inflamman- tur, contra verò facilimè ab obstructione, ab humoribus facilè putrescentibus producta, vel extravasatione sanguinis, & sensim corrupti, ac fibrillas rodentis, inflammationem inferentis, vel pure, plerumque ubi sponte fit ibi præcessit inflammatio, & ubi inflammatio scil. partium internarum & nobilium ibi est Febris &c.

XXIII.

Ob ægri immaciationem observatam post curam, non in admirationem raptor, novimus enim omnes Anasarca aut Leuco- phlegmatia laborantes, post excretionem humoris vitiosi detumescere ac immaciari, quoniam tunc vasa musculorum, membranarum & cutis, ab ingrato illo hospite liberati, detumescunt, ac in-

ac interea temporis, quia partes genuino ac bono suo nutrimento privatae fuerunt, mirum non est, quod tunc partes plus immaciatæ conspiciantur.

XXIV.

Lustrata Diagnosi insequitur alterum signorum Genus, quod & Theoriæ finem imponit nomine *Prognoseos* veniens, qua Medicus munitus (non minus ac diagnosi) finem attingere optatum, amplissimosque dignitatis gradus adipisci potest. Morbus propositus sanè fuit Morbus acutus teste Foresto. Ubi dicit intra spatium duodecim dierum finiri (quanquam nostro in casu ulterius se protraxerit) & homines inviti Mare mortuum navigare cogi, etiam idem Cous aph. 6. l. vi. Thesi XIX. proposito (ubi per dolores nephriticos & vesicæ intelligi vult omnes morbos, nempe harum partium, ut inflammationes, ulcera, infarctus, calculos &c. uno verbo omnes earum partium, quæ aut urinæ secernendæ, aut transmittendæ, aut excipiendæ dicatæ sunt) vult & de senibus & junioribus, sed quod tamen hi sæpius evadant, Forest. autem notat se plurimos etiam ab hoc malo liberasse senes, quanquam & plures vitam cum morte commutare viderit. In tali autem morbo præsentanea ope opus est ne subita morte corripiantur ægri, vel in alium degeneret incurabilem vel saltem periculosum morbum, ut Hydropem, Cachexiam, Tabem, vel alia ulcera interna, quorum tamen nullum in hoc ægro accidit, sed sanitati restitutus fuit. Dein Medicus remediis præsens esse debet, quia interdum Ischuria oritur à materia nondum concreta, quod & nostro eveniebat ægro, erat quidem Calculus sed postea excretus, & non adedè magnus ut obturare potuisset Pelvim & Uretheres, idedèque judicarem potius fuisse hic materiam vel Calculosam vel viscidam, necdum firmiter coagulata canaliculos renum tamen obstruentem aut comprimentem.

XXV.

Absoluta Theoria spectanda occurrit *Praxis*, Quæ est diversa prout nunc variat causa ita variant etiam Medicamenta. Calculo solo existente (absque materia crassa, viscida, calculosa) in parte aliqua, ac secretioni inepto, certè quia via ipsi vix patet, dum obstruenda

obstruendo partem, hujus, ab irritatione, dum non plerumque rotundi, sed & acuminati &c. existunt, meatus contrahitur exitusque occluditur, vel non irritata parte, in majorem concrefcere potest calculus molem, ut postmodum major ipso meatui existat. In illo Casu sunt adhibenda Medicamenta, quæ fibras ab irritatione contractas demulcendo sensibilitatem minuunt. In hoc autem, viam existentem ad Calculi excretionem minorem, magis laxent, quo excludi calculus queat & hæc Medicamenta sunt vel Externa, vel interna

Interna Rad. Althææ, bryon., lil. alb., liquirit., cuccum. ægrest.
Flor. Attript., Bet., Malv., branch. ursin., Parietar, sambuc., violar, *Sem.* Lini, fœnugr., Malv., 4. frigid. maj., *Flor.* Chamomill., violar., Malvæ., Meliloth., *Fruit.* Amygd. dulc., Caric. ping., uvæ passæ, jujub., *Resin.* Pini, Therebinth. *Olea* oliv., lil. alb., amygd. dulc.

Externa Gumi Ammoniacum usitat., bdellium, Galbanum, opoponax, styrax, *Axungia* porcina, humana, Caponum, Cervina, suilla recens, taxi, *Seva* Hircin, Caprin., Taurin.

Malè inter *Excrementa* recenset Morellus. Butyrum, benè autem ceram, stercus bubulum, *Olea* modò rerenita, & Lini, violarum, Amygd. dulc., Lumbricorum terrest., Anethi, Chamomillæ, irinum. *Unguent.* de Althæa, aliaque ex hisce simplicibus composita. *Emplast.* de mucilagin, Diachyl. cum Gumm., de Meliloth.

Nota gummata vetusta discutere magis quam emollire; nisi aliorum humidorum miscela emendentur. Porrò Nota Medicamenta interna dicta etiam externè posse usurpari. Quare varia ex externis & internis possunt parari Medicamenta, Externa unguent, Emplastra Cataplasmata &c., Interna, Emulsiones, infusiones, decocta, &c. quale decoctum Forestus ad Cælos usque laudibus attollit, multosque hoc curasse testatur

℞ Sem. Malv., Althææ aa. drach. iij.

4. frigid. maj. aa. drach. ij.

Cicer. rubr. unc. iij. hord. mund. unc. ij.

Caricarum ping. n. ix.

B

Sebesten.

Sebesten. n. 7.

Glycyriz raf. drach. j. F. decoctio in lib. 4. aquæ plu-
vialis, ad consumptionem medietatis, colatura reservetur, pro
potu ordinariò.

XXVI.

Si autem materia Calculo in crementum præbens, nec concre-
ta, aut tenax & crassa alia quæcunque materia obstruens adfuerit,
conveniunt *Incidentia*, & *resolventia diuretica* qualia sunt imprimis
omnia sale volatili oleoso pollentia. e. g.

Rad. apii, Calam. aromat., zedoar., scenic., ononid., petro-
sel., raph., rub., rusc., fragar., eryng., *folia* Laur., petrosel.,
puleg., Artemis., fabin., Afar., flor. Cheiri, genist. *sem.* pe-
trosel., *fruct.* amygd. amarar. *Resin.* latic., Therebinth., *Liquor.*
vinum alb., *sal.*, genist., ononid., fab. &c. composita. *Pulsia*
Nephriticus leniens & resolvens VVedel.

℞. Sperm. Ceti, occ. cancr. aa. scrup. j.

Sal. volat. succini gr. iij.

M. tingi potest aliquot granis Cinnab. nativ.

Ung. resolvens ex pingued. familiari, vel Anserina, (quæ pe-
netrantior) vel canina (quæ resolutiva magis & calidior,) vel
humana (quæ magis temperativa) vel Butyrum recens non salu-
tum imprimis majale, cum oleo Juniperi, Therebinth., Majoran.
&c.

Balsam. Externum resolvens egregium ludv. est ipsum ol. oliv.
& nuc. destillatis aliquot ol. medicatum ac sulphureis competen-
tibus & convenientibus saturatum. *Etmyllerus* loco talium vis-
cidorum in recessu acidorum commendat Petroleum præfer-
tim album, cui jungit ol. destillat. Therebinth. spicæ &c. No-
tandum emollientibus Thesi præcedente recensitis adjungenda esse
diuretica ad meliorem Calculi progressionem. Hypocrat. l. VIII.
aph. 48. Στραγγίλιον ἢ δυσουρίαν θάλασσης ἢ φλεβοτομὴν λύει, πίνε-
ναι δὲ τὰς εἰσω φλέβας & conferat. aph. 36. l. VI. non autem con-
veniunt hæc duo in omni Ischuria, sed potius, ubi causa morbi
est visciditas & crassities sanguinis, quia per V. S. motus humo-
rum intestinalis & progressivus adaugetur, ac obstructio solvitur,
unde

unde adeò convenit in Pleuritide &c. etiam ab inflammatione renum ortam Ischuriam potius solvit &c.

XXVII.

Ut autem promissis stem, remedia ab Excellentissimo ac expertissimo Domino BARBECK Facultatis Medicæ Decano, usurpata, summa cum submissione ab ipso petita, ac ex favore suo mihi communicata, recensere. Die Morbi XI. circa vesperam cum erat vocatus, haustum Aq. petrosel., ut & sæpe eadem vespera Cochleare unum & alterum per vices, ol. Amygd. dulc. drachm. j. nec non sp. sal. armoniac. drachm. i. nitri dulc. drachm. j. sal. stipit. fab. drachm. j. in Aq. Petrosel. propinavit. Et circa noctem ejusdem undecimi diei adhibuit spirit. Nitr. dulc. ad drachm. j. & etiam unum alterumve Cochleare ol. Amygdal. amar. Externè inungi curavit regionem Renum ol. Amygdal. dulc. ad rubedinem in Patella tosto, & pauld post Emplastra vesicatoria, utriusque Renum regioni, magnas vesicas trahentia applicari curavit & tandem eadem nocte manè fluxit urina, ut relatum; Et vires brevi cum sanitate, gratiâ Divinâ recuperavit. Forest. ait si *Ischuria* intra duodecim dierum spatio non solvatur, indigitare mortem fores pulsaturum. Hic noster æger jam XI. Morbi attingens diem sanè ad statum pervenit morbi, & tales morborum causæ Medicamentis mitioribus, paliativis (cum fuerit mucago viscida salino-terrestris calculum vel obvolvens, vel poros renum obstruens) tam brevi temporis spatio solvi & è Corpore eliminari non possunt unde Hyp. aph. 6. l. i. præclare dicit *Ἐστὶ δὲ τὸν ἐσχάτη νοσήματα, αἱ ἐσχάται διακρίσεις ἐς ἀνεπιβεβλην, κρατίστες*; hunc aph. benè observans Excellentiss. Dominus Professor idèdque non cunctavit, sed extremis remediis malum urgens, cum pars quadam interna & nobilior corrumpi potuisset, ut inde quoddam sensuisset levamen, ast degenerasset in morbum incurabilem, propulsavit.

XXVIII.

Dietæ, prout causa diversa est ita etiam hujus Morbi diætæ varianda erit, si enim partes urinæ dicatæ firmiter sunt obstructæ vitandus potus imprimis magnus, ne viâ ab urina nimium distendantur ac atrox inde oriatur dolor, vel regurgitando in sanguinem

guinem tumescerentiam Corporis inferat. Si obstructio est à Calculo vitanda sunt acria, falsa &c. ne inde oriatur sitis, & calculi asperitudo, sed in usum vocetur diæta Emolliens. Sin autem oriatur à materia crassa, viscido-terrestri, usurpanda sunt decoctiva & cibi potusve diuretici. &c.

Et hæc paucula B. L. in disputatione inaugurali, hac vice, pro ingenii modulo, opponere libuit, siquidem non ita ut oportuisset, secundum humanitatem ac benevolentiam vestram, in meliorem defendere partem, nobisque favere velitis, rogamus. *Deo a. Triuno* qui mentem nostram direxit linguamque moderavit sit *Laus, Honos, & Gloria* in Seculorum Secula.

C O R O L L A R I A.

- I. **L**ithontriplica proprie dicta nulla dantur.
- II. **N**on omnis dolor lumborum arguit Nephritidem, id est morbum quendam renum.
- III. Renis exulcerati nulla cura.
- IV. Ozæna sive ulcus narium est ferme incurabile.
- V. Arenule cum urina excretæ, non sunt certa Calculi vesicæ signa contra Hyp. aph. 79. l. IV.
- VI. Semen Muliebre sunt ova, Testiculum autem ovarium.
- VII. Omnia animalia ex ovo generantur.
- VIII. In respiratione pulmones potius passive quam active se habent.

*In Arte Medica Versatissimo Domino Candidato,
Nobilissimo & Politissimo*

JOHANNI CASPARO BLASSIO,
S.

Diva Salus faveat Tibi, BLASSI, semper, ubique,
Ipse juves alios, Ipse ope non egeas!
Hoc meruit Virtus Tua, Mores, Candor, Honestas,
Nec non Ingenii tot bona clara Tui,

*Hoc brevi, sed sincero voto, benevolentiam suam
erga meritissimum Dominum Candidatum in
procinctu itineris ad Batavos obsignat.*

HENR. CHR. de HENNIN, Dr.
& P. P. Artt. Salubrium & Human.

SONNET.

Wenn man mit Schweiß und Fleiß der Kräfte nicht schonet /
 Und Kunst und Tugend liebt / es bleibt nicht unbelohnet.
 Sie / Sie ist selbst ihr Lohn / daß stets den Preiß behelt.
 Und ohne Sie ist nichts Lob-Würdig's in der Welt.
 Auf dan / Mein BLASSIUS, laß deine Sinnen schwingen
 Zum Blauen Sternen Dach / laß durch die Wolcken dringen
 Dein Tugend volles thun / dein Kunst und Wissenschaft /
 In welcher Weisheit selbst / und deren edler Saft.
 So schön verborgen ligt. Laß ander' immer Büßen
 Der eiteln Eitelkeit: Du lege dich zu Füßen
 Dem grossen Mufen-Gott / an welchem deine Lust
 Und höchst Ergötzlichkeit; wie nunmehr gnug Bewußt.
 Derselbe wird gewiß Belohnen deine Mähe /
 So von dir angewandt / wan Delius noch frühe
 Daß salbe Morgen-Gold wirfft umb die Thäler her /
 Ja wan er längst sich verdeckt im wüsten Meer.
 Mich dünckt ich höre schon die Lorbeer-Bäume prassel'n.
 Und samt der Blätter-Zier die Lorbeer-Zweige rassel'n.
 Sie stehen schon bereit und wünsch'n nichts mehr /
 Mein Herz / als daß man Ihn zur wohlverdienten Ehr
 Mäg einen Lorbeer-Krang von ihren Zweigen binden /
 Und umb sein edles Haupt zum Ruhmes Zeichen winden.
 Ich Wünsch'e Glück dazu! daß bald nach diesem Spiel
 Auch seine Mäh erlang ihr vorgesehtes Ziel.
 Nehmt hin auch meinen Wunsch / der auff Eu'r Wolergehen /
 Auf lauter Seegen zielt / ja wie Ihr selbst könnt sehen;
 Der zeitlich / ewig ist / bis zu der Ewigkeit.
 Diß sehet / der Euch stets zu dienen ist Bereit.

* * * * *

Dulcia non capiet, qui non gustavit amara,
 Mel Tibi, Mi BLASSI, non sine felle datur:
 Fellem gustasti, nunc en! quoque mellea dantur,

Quod Tibi mox capies ipse precatus enim.
 Nam magnam, rebus, laudem, ex Ratione petendis,
 Qui studuit, peperit semper in orbe sibi:
 Quam Te per, studium peperisse, faventē supremō,
 DOCTORANDE, docet vitæque, mosque tuus.
 Insuper hancce probat Tua Dissertatio docta
 Quam bene defendis, verba diserta loquens,
 Hanc ubi conspexi certe sum pulsus, AMICE;
 Funderet ut mea mens paucula verba Tibi.
 Gratulor ergo Tibi ex cordis penetralibus imis;
 Utque teras factis præmia digna precor.
 Gratulor ex animo Sanctus Te Spiritus afflet,
 Ut charæ Patriæ, commoda multa feras.
 Sic voveo, voveo Tibimet, quod & ipse precaris,
 Adfint, quæ dixi Tu Tibi AMICE, Vale.

*In τρυφήν sinceri affectus & nunquam inter-
 moritura amicitia apposuit*

JOHANNES HENRICUS THYNEN,
 S. S. Th. C.

Es läßt ein guter Baum sein art bald von sich spüren!
 Er blühet anfangs schön! bringt Früchte die ihn zieren!
 Nichts bringet er herfür! als lauter Fruchtbarkeit!
 Zum nutz der Menschen all' dien't er mit Fröhllichkeit.
 So hatt Herz BLASSIUS auch fleißiglich gestrebet!
 Von seiner Jugendt an! und wo er hatt geschwebet!
 In grosser Müh' und Fleiß sein Leben zugebracht
 Das Zürich zeiget's an! da er wed'r tag noch nacht
 Den Gliedern gab die ruh'! zur Tugend darzustellen!
 Viel Früchte ohne schein! die Ihm nun zugesellen
 Mit Recht und Billigkeit die Doctors Ehren-Krohn!
 Dies ist es daß gebracht sein steter Fleiß zum Lohn.

Es woll der höchste Gott zu eurer Eur glück geben!
 Daß ihr zur Kranken hülf noch lange zeit möcht leben.

Dieses wenige setze auß schuldiger Pflicht
 dem Herrn Doctorando glückwünschend
 hinzu

J. C. KERSTEN, SS. Theol. Culs.
 Milfungâ Haslius.

In Himmlisches Gemüht / nach hohen dingen trachtet;
 Und das was nidrig ist / verspottet und verachtet /
 Es thut sein möglist best: Und eilet immer fort /
 Bis es ersiegen hat / den höchsten Ehren-Orth.
 Komm / Leser / wan du wilt ein feines Beyspiel sehen:
 Schau an den Herren BLASS, so wirstu mir gestehen /
 Und sagen / warlich Ja / ein solcher Junger Mann
 Kan sich durch Wiß und Fleiß erheben Himmel-an.
 Er hat sein Tapfferlich / nach Ruhm und Lob gerungen:
 Bis Ihm sein Ringen nuhn so glücklich ist gelungen /
 Diß ist die beste Prob: den Sieg bringt er davon:
 Ihm ist geflochten jetzt die Doctors Ehren-Krohn.
 Dan sieh der theure Mann / daß Licht Gelehrter Leuthe /
 Gib Ihm den Sieges-Krang / nuhn bald zu seiner Beute /
 Die Fackel dieser Welt / mein BARBECK ist bereit
 Und will Ihn schreiben ein / ins Buch der Ewigkeit.
 O Lob: O grosses Lob / daß du so wirst erlangen
 O Werther Candidat: wie herlich wirst du prangen /
 Wan dein Herz BARBECK dich / mit seiner Klugen hand /
 Wird zieren öffentlich / mit solchen Ehren-Pfand:
 Wan Er den Huht / den Ring / und was Doctoren zieret /
 Und was auch deinem Fleiß / und deiner Kunst gebühret:
 Dir geben würd zugleich: und sagen sey gegrüht /
 Herz Doctor: Sey von mir als Doctor auch geküßt:

Dan

Dan wirstu reisen hin/ zu deinem Vatterlande/
 Als Doctor, der du bist/ zu deinem Ehrenstande:
 Wird Jeder wünschen Glück/ O du mein wertster Freund
 Nimm an den Glückes wunsch/ von dem ders' herglick meint.

Dieses setzte dem Herrn Doctorando in
 aller Eyl hinzu
 G. D. ROEMICH, Chyrurgus Duisb.

A Rte Mechaonia claro qui stemmate natus,
 BLASSIUS extinctos haut sivit esse Patres.
 Quin ita restituit vivos adimitque sepulchro,
 Hæcæ Theses ut Eos composuisse putes.
 Sic bene quam pergit se spargere fama per orbem!
 Quam nova spes Medicam sic bene spondit opem!
 O Hygie quam læta micat dum quæ mea, BLASSI!
 Pro Te vota flagrant, imbibit aure DEUS!

*Panca hæc Nobilissimo, Experientissimo Dno
 Doctorando fidissimo suo Amico, ac Com-
 mensali suavissimo ad summos in Medicina
 honores gratulabundus apponit*

JOHANNES OTTO, Th. Stud.
 Helv. Scaffusianus.

*Ad Nobilissimum & Expertissimum Dn. Auctorem,
 Civem suum charissimum;*

Hac Augusti mensis quinta, Sibi Natali Die,
 pro summo Doctoratus gradu disputantem:

EPIGRAMMA.

NAtalem celebrando diem pro more, miselli
 Mortales agitant gaudia mille modis.
 Ruricola ut Princeps, Dives Pauperque, quotannis,
 Cuncta nepos perdit, sit modo læta dies.
 Bis decies, BLASSI! rediens Natalis in orbem,
 Te ne Dies Studium continuare videt?

Lætiæ

Lazitiae ne finit pugnās praeferre Lycæi,
 Pocula sudori post & habere Tuo?
 Scilicet ipsa Tibi mors est, id vivere mundo:
 Vivere Virtuti, Vita sed una Tibi.

Amoris testandi ergo gratulabunda manu posuit

LUDOVICUS OSWALDUS, S. S.
 Theol. Stud. Schaffusa-Helvet.

FOelix qui potuit rerum cognoscere causas!
 Morborum causas BLASSIUS ecce! tenet.
 Sic porro Cœlum Studiis benedicere pergat,
 Teque det omnigena prosperitate frui.

*Hæc paucula volante calamo, is Φιλίας πικρῆσιον,
 Nobilissimo atque Experientissimo Domino Do-
 ctorando & Coronando, congratulante animo ap-
 ponere voluit*

JOH. THOMAS FORERUS,
 Helv. - Scaph. SS. Theol. Stud.

Rang jeg Helvetia, nur frisch mit deinen Kindern!
 Es leben Leut in dir/ die durch ihr schreiben hindern!
 Daß mancher durch den Todt und dessen schnelle macht/
 Nicht in des Charons Kahn/ frühzeitig werd gebracht.
 Sieh an was jeso noch/ ein neuer fleiß gebiehet/
 Und auf den freyen Marckt der freyen Künste führet/
 Wie das zu helfen sey/ von grosser Angst und Wein/
 Die da verursacht wird vom Schleim und auch vom Stein,
 Wer ist doch dieser dan/ der hier sterkt unser Leben?
 Ein Treues Schweiger Herz/ dem Pallas hat gegeben
 Der Weißheit reichen Schatz bey schöner Höfflichkeit/
 Die man verbrüdert findt/ in Dir zu jeder zeit.
 Wan Du nun ferner wirst des Weltkreis Pilger werden/
 So wird die Fama dan/ auch deinen Ruhm auff Erden
 Noch weiter breiten auß/ und wirst seyn Hoch geacht
 Wo man wird haben Dich zur hülffe hingebraecht.

D

Auf

Auf dan Herz BLASSIUS! Was Zürich Dir gelehret
 Was du zu Duisburg hast gesehen und gehöret
 Das wende fleißig an! zu deines Nächsten nutz!
 Zu deiner Freunde trost und zu der Kranckheit trug.
 Der Doctor Hut wird Dir mit Ruhm nun aufgesetzt!
 Denk meiner dannoch stets wan wir uns gleich gelehet!
 Fahr woll. Wan etwas noch durch wunsch zu kriegen ist!
 So wünsch ich Dir so viel biß du vergnüget bist.

Dieses hat seinen Hochgeschätzten und Lieb-
 wehrtesten Freunde mit Glückwünschen
 den Händen aufstragen wollen

GERHARDUS ab ERBERFELD, Med. Stud.

Q Uos urina gravis vario præsentè dolore
 Torquet; & illius qui vult cognoscere causas;
 Quoque malum hoc durum tolli medicamine possit?
 Huc properet, fatis usque dabit meus omnia fidus
 Blasiades qualem dudum miratus Apollo.
 Scilicet in tanto si quis tamen obstrepet? Eheu!
 Inspiciat specimen! verbum non amplius addet:
 Quam quod sit medicâ, si non meliore, Coronâ
 Dignus. Et hoc merito si nunc conceditur ipsi
 Non ornata fatis? solum quod deficit hoc est:
 Quod careat Nympha varios in dote triumphos
 Quæ numerat. Talem, mea sunt hæc vota, tenebit.

*Hoc exiguo non minus debitum, quam & vol-
 untarium in Nobiliss. & experientiss. Do-
 doctorandum restabatur officium*

JOH. FRID. ROEMICH, Med. Culte
 Duisb. Cliv.

Nobilis

*Nobilissimo, Doctissimo, morumque suavitate orna-
rissimo Domino DOCTORANDO.*

JAm tibi floriferi nectuntur frondis honores,
Velabitque tuas apta corolla comas:
Scilicet ingenuas dum discis Apollinis artes,
Et matura nimis fata, repellis ope;
Dum vel Galeni sinuosa volumina lustras,
Vel juvat Hippocratis evoluisse libros.
Inde tuo tantas abscondis pectore gazas,
Quæ caput attollent semper ad astra tuum.
Ut vigeas, semper, voveo; divinus Apollo
Rebus in angustiis mite levamen erit.

*His paucis amore & officio gratulatus
Domino Doctorando*

DANIEL FREMAUT, Gedano Borufus.
Phil. & Med. Cult.

*Conterraneo, Contubernali, veterique Amicorum
Ocello, Apollinea Lauræ jam jam ritè Coro-
nando; qua potest accinit*

GEORGIUS JACOB. FELSIUS, SS. Th. Cult.
SanctoGall. - Helvetius.

DExtra quo pridem voluere grato
Fata me latum fruier Sodali,
Te mei charum posuere, BLASSI!
Cordis ocellum.

Contubernalem memorabo vitam,
Ac idem noctu socium cubile?
Seras voces repetam loquentum
Sive jocofas,

Otii dulces quibus usque docti,
Nos vices una Tigurum videbat,

Mutuis

Mutuis omne & sociale tempus
 Condere curis?
 Nota sed nobis pariter duobus,
 Mentis æterno memorique sensu
 Sculpta, quid lentus mediter Poeta
 Reddere versu?
 Nempe ut assertum faciam, fidesque
 Me stet immensis hilarem citari
 Gaudiis, quod jam viridante obumbres
 Stemmata frontem?
 Quodve viginti modo natus annos,
 Jam Senes inter mereas referri,
 Jure quo, raro Meritoque, Lauri
 Termite fulges?
 Sed nec ignoras, dubitasve, quanto
 Gestiam plausu celebrare Famam,
 Sive præsentem hanc, Tibi sive porro
 Rite futuram.
 Quin nec ignoras, dubitasve, quanto
 Igne votorum Superos fatigem,
 Hoc ratam faxint Tibi, posteroque
 Tempore Famam.
 Ergo sat nobis ut utrique nota,
 Sic Tuas quare, Thesumve, laudes
 Tenderem celsas humilis Poeta
 Pangere versu?
 Ah! modo flammam recitare possem
 Pascitur quæ nos eademque pascit!
 Quaque se, BLASSI! Tibi libat ipsum
 FELSIUS uni!

Almqve.

F I N I S.